

ab eodem Cicerone illa virtus dicitur quae prudentia.
(*Victorin. explan. in rhet. Cic. p. 156, 4 Halm.*)

5. Fannio causa difficilis laudare puerum; non enim res laudanda sed spes est. (*Serv. Aen. 6, 875: rhetorice*
5 *spem laudat in puero [Vergilius], quia facta non invenit. est autem Ciceronis in dialogo*).

6. *apud Ennium sic loquitur Africanus:*

Si fas endo plagas caelestum ascendere cuiquam est,

Mi soli caeli maxima porta patet,

10 *scilicet quia magnam partem generis humani extinxit ac perdidit. o, in quantis tenebris Africane versatus es! vel <tu> potius o poeta, qui per caedes et sanguinem patere hominibus ascensum in caelum putaveris! cui vanitati etiam Cicero adsensit: est vero, inquit, Africane;*
15 *nam et Herculi eadem ista porta patuit. (Lact. inst. 1, 18, 11 sq.).*

7. *eosdem libros (scil. de re publica) cum grammaticus explicuit, primum verba expressa reapse dici a Cicerone, id est re ipsa, in commentarium refert, nec*
20 *minus seipse, id est se ipse. deinde transit ad ea quae consuetudo saeculi mutavit, tamquam ait Cicero: quoniam sumus ab ipsa calce eius interpellatione revocati. hanc quam nunc in circo cretam vocamus, calcem antiqui dicebant. deinde [v. p. 84, 11]. (Sen. epist. 108,*
25 *32 sq.).*

8. v. p. 111, 17.

9. v. p. 79, 17.